

VENATORIBUS. A Dux Carinthie venator Imperii, ad quem licet venatorum omnium deferbantur. Vocatus in iudicium coram Imp. non nisi Selavica lingua respondebat. Aeneas Syl. de Europa.

EDIFICANTIBUS. Celer praefectus opis in edificanda Roma, ex Ovid. l. 4. Fastrum motus: Hic Celer urget opus, quem Romulus ipse vocat: Sinque Celercura, dixerat, ista tace. Ne quis aut muros, aut factam vomere fossam Transeat: audentem talia dede neci. Quod Remus ignorans, humiles contemnere muros Cepit, & His populus dicere tutus erit? Nec mora, transfuit: retro Celer occupat ausum, Ille premit duram sanguinolentus humum.

TEXTORIBUS. Lanipendia, qua lanearum vestium sextoribus lanam pendit, ac distribuit.

NAUTIS.

Plutarchus in Themistocle ait, Ariomenem Xerxis fuisse navyarchum.

COQUIS.

Obsonatores servi, qui coemendis obsonis sunt praefecti. Hotoman. de Verbis juris. Agefilus, Spartatorum Rex, Lylandrum in Asiam secum consiliarium duxit. Ceterum videns eum apud Jones in maiore esse gratia, invidia, & ambitione flagrans ab omnibus consultationibus eum removit, & dividendarum carniun munus eiimposuit. Plur. in Lylandro.

VESTIARIIS. Circitores, quasi Circitores, quibus vestiarum, vel linearum curam vellem circumferendam, & distrabendam.

OPERAE MECHANICAE ACQUISITRICES ANIMALIUM. VENATORIAE artes.

Vide Venatio.

OPERAE MECHANICAE RERUM NATURALIUM quarumlibet acquiritrices. Huc referendi, qui venantur, acquirunt

CARNES QUASVIS.

Aquila omnes curam erga pullos maximam gerant, pisces, aves, lepores eis in escam afferendo. Quod cum considerant Sceptentales venatores, nidos ascendunt, alvosque pullorum ligaculo stringunt, ut comedendi incurat impedimentum. Solliciti itaque parentes, erga sobolem agritudine liberandam, omnia genera serarum in caelo, terra, marique reperia, in nidos important, ut diverso medicamine, uno vel altero modo suscepto, sanentur. Congeritur in hanc rem maxima escarum copia, quam aucupes extrahunt, comeduntque, vel vendunt. Nec sterili quaestu id accidere solet: nam aliquando lepores, gallos sylvestres, anseres, anates, lucios, & pisces magno plurimum floreum aestimatione inveniunt, inventosque domesticis cibis apponunt, vel magno precio vendunt. De eo constat, aucupem unum quandoque plus duorum pullorum proventus lucrari, quam colopum aliquem praedii bis. Ne tamen pulli huiusmodi fame pereant, alvum solvunt, animamque in famelicum corpore pendenti appositos cibos permittunt, iterumque constringunt, quam diu id natura concedit. Est namque aquila ad eo generosi animi, ut pullos proprios nunquam relinquat, antequam sibi ipsis enutriendis sufficiant: nec eis putridas escas apponit, sed recentes. Olaus l. 9. c. Sept. reg.

CEREALIA, LEGUMINA.

Vide Locum Agricoliarum, Messores. Litices advenas secum merendo cerere cogebat, & istlem modo capita praedebat. Vide Titulum, Certamina mechanica.

LIGNA, LIGNATORES.

Adoniam XXX. millibus hominum a Salomone Rege pfectus fuit, qui materiam cedrinam, & pineam in Libano monte caederent, ita ut singulis mensibus x. milia opus facerent. 3. Reg. 5.

Cata Melata puer signatam a patre rus missis, amissa falcem lignaria, patris iram metuens, praeteritum fecutus est millicem, & hoc fortune momento in clarissimum ducem evasit. Egnat. l. 6. c. 9.

THUS. Thuriferae arbores observant colubri fubalati; caiguco corpore, discolori specie permagno numero circa singulas arbores, niden videlicet, qui adversus Aegyptum quotannis facty exercitu tendunt, & ab ibidibus devorantur, alioqui Aegyptum perderent. Nec ullo alio ab arboribus, quam floracis fumo, ab Arabibus subtrahuntur. Herod. l. 3.

AROMATA. Casiam in Arabia custodiunt volucres quaedam Arabes signatur postquam sibi eum ceterum corpus, tum faciem praeter oculos obligaverunt coris, alisque, ad casiam pergunt. Ea nascitur in palude non alta, circa quam & in aqua degunt, ferre alata, vesperilionibus simillima, stridore diro, & viribus pravalentibus, quas ab oculis accentes Arabes, sic casiam metunt. Herod. l. 3.

Quo modo, aut qua in terra cinnamomum gignatur, Arabes nequeunt dicere: nisi quod quidam volunt id gigni in his regionibus ubi Dionysius educatus est: & ipsas cinnamomi fectucas afferi a grandibus quibusdam alitibus ad nidos, & iuro constructos, in praeceptis montium, & homini inaccessis. Contra quas aves hoc Arabes expogitaverunt. Buum, a finorumque defectorum, & aliorum jumentorum membra minutim concisa, in ea loca portant: & ubi iuxta nidos posuere, spiculis abscedunt. Ad haec frustra delapsa volucres, ad nidos suos carnem comitant: cuius sumenda imparis nili, ad terram discissi labuntur. Tunc Arabes ad eos colligendos accedunt. Idem Plinius haec tanquam fabulosa irridet.

LAPIDES, LATOMI, QUI Lapides caidunt.

Ex Tit. Servitius quoad loca, eorum de sumis exemplum, qui in Latomas ad opus faciendum detrahi suere.

Cadmus lapidicinus Thebis, vel in Phoenice, ut Theophrastus ait, reperit. Plin. l. 7. c. 56. Salomon Rex ad templum Domino construendum habuit xxx. milia Peregrinorum in Iuda habitantium, qui lapides in montibus exciderent. 2. Paral. 2.

Clemens Romanus Pontifex, a Trajano Casare exilio multatus est in insulam, ubi duo milia Christianorum offendit, ad marmora damoatorum. Volat. l. 22. Antrop.

METALLA, Sive id fiat INDAGANDO.

De Metallariis apud Athenam l. 6. venusit dicit Phalereus Demetrius, & in polis suis & in caeteris locis, id est, quod frequenter certis consumptis incertorum gratia, qua se capturos sperabant, non ceperunt, qua vero habebant, abiecerunt. Erasim. in Adag.

Metallae inventioni prudentia potissimum metallarii, ex philosophia naturali petita, inferunt, sed, & quod multi volent virgula divina furcata, quam alii ajunt in venis inveniendis sibi maximo usui esse, alii negant. Qui traditionem, & usum virgulae probant, eorum alii primo furcam cultro refecant columnam, quam praeter ceteris ad venas quendas idoneam esse censent, praeteritum in corylus supra venam aliquam crevit: alii pro varietate metalli diversis virgulis utuntur, coryli ad venas argente: fraxini ad aris: piceastrum ad plumbi, maxime candidi: ex ferro vel acie ferri factas, aut aut, deinde utraque virgule cornua manibus prehendentis, pignos faciunt: necesse autem est, ut digiti compressi ad caelum aspiciant, utque virgula erigatur ex parte, qua cornua coeunt: tum huc, & illic passim per locos montosos vagantur: itaque dicunt, simulatque supra venam pedem posuerint, statim virgulam versari, & volvi, sibi que prodere venam: ubi pedem retulerint, & ab ea discesserint, rursum virgulam immobitem manere. Atque adeo ipsi ut censent, quinque res sunt necessariae ad hoc ut virgula suum faciat officium: prima virgula quantitas: vis enim venarum baculum nimis magnum volvere nequit: altera virgulae figura: nam nisi furcata fuerit, eadem vis cum vertere non potest: tertia vis venatorum, qua naturam volvendam habet: quarta virgulae tractatio: quinta privatim proprietatis occultae, ne astrictum maleficium ad metallicam inventionem naturaliter homo impediatur. Ceterum Geor. Agricola l. 2. de Re metal. magicam primum virgulam hanc fuisse, mox religionis metu repudiatis carnibus virgulam

virgulam tamen in imperitorum remansisse manibus putat: nulla per se vim magnetica praeditam, sed tantum ex tractantis pendente magneticum, cum vel columna, vel aliquo alia ita flexilis, si teneatur in manibus, omni homini quocunque in loco steterit, in orbem vertatur.

EFFODIENDO. FOSSORES METALLICI.

Metallarii, qui metallum effodiunt: quorum tamen alii sponte sua, alii conditione tales sunt: Horum de Verbis juris.

Metallica Plebs nec vilis est, nec abjecta. Etenim nocturnis aequae, ac diurnis vigiliis, & operibus exercitata habet duritiam corporum immanem, facillimeque, cum res postulat, labores, & munera militum sustinet. Quippe qua confuevit ad multam noctem vigilare, traflare ferramenta, fossas ducere, agere cuniculos, machinas fabricare, onera ferre. Quocirca res militaris periti, eam non modo urbanae plebi praefertunt, sed etiam rusticae. Geor. Agricola de Re metal. l. 1.

Cicromysius, Boemorum Princeps, cum ad eruenda metalla rusticos traduxisset, fames gravissima Boemiam invasit. Duhraz. l. 2.

Servi, qui ad metalla Pyrenaeorum montium olim deputati erant, incredibile quantum afferebant dominis. Die, & nocteque in labore perseverantium multi ex nimio labore moribantur, cum vix ulla eis ab opere daretur requies, sed verberibus ad continuum opus cogentur. Quidam tamen robustiori corpore, ac animi vigore, plurimum temporis in ea versabantur calamitate, quibus mors vita erat optabilior. Jo. Gerund. l. 1. Paralip. Histp.

RAPIENDO.

Apud Indos Baetrianos, in solitudine arenosa formice sunt canibus minores, vulpibus maiores, quae arenam auracem terra egerunt, canque summo studio defendunt. Junctis canibus, Indi ad aurum legendum, cum serventissimum astitus est, tendunt, quando praestitu formice sub terra se occultant. Ubi igitur ad eum locum pervenerit, culcis (quos attulere) aurum completissimum retro se recipiunt. Quos propterea formice (ut a Peris fertur) olivatu percipos insequuntur, tanta pernicitate, quanta in alio animali est nullo: ita ut nisi viam, ad quam formice congregantur, anticipent Indi, nemo sit spiorum inde evasurus. Ideoque camelos mares, quod imparis formicis sunt in currendo, ne trahantur, discolunt: sed non utrumque pariter. Formica vero pulli (quem reliquit) memoret, nihil sibi remittit. Hac ratione Indi aurum colligunt. Nam quod effoditur apud illos, aurum est. Herod. l. 3.

ELUENDO. Aurei velleris allegoriam Suidas exponit, de arte, quam Graeci xupia vocant. At enim Jasonem abstulisse Colchorum regem librum in pellicea membrana scriptum de auro conficiendo per xupia. Verum, ut mihi quidem videtur, Poetae per aureum velleris intelligunt magnum auri vim apud Colchos, aut Phrixo Athamanis regis filio relictam, aut ab Aetate congestam. Nam & verisimile est Phrixum ex Graecia secum abstulisse patrios thesauros, cum insidias novetate timens ad Aetam confugeret: & regio Colchorum propter vicinitatem Caucasi montis abundat auro, teste Strabone lib. 10. qui scribit multos fontes ex Caucaso manare scaturientes aurea arena tam tenui, vixit videri posse, eamque ab accolis colligi lanosis pelibus in aquam postica, atque hanc opinor esse occasionem fabulae, pelles enim, subsidente in iis arena, praefertur speciem auri velleris. Quare non dubium est, Jasonem aut bello repetivisse thesauros, quorum Diple erat haeres: vel auri gratia intulisse Colchis.

MERCES NAUFRAGAS.

LAPONES navigis utuntur, nullis clavibus sed nervis, & viminibus compaginatis. His per rapidissimos fluvios inter montes Laponiae descendent, astita nudi, ut in periculo enatare valeant, & colligere ex naufragis merces. Ziegler. in Scandia.

OPERAE MECHANICAE RERUM COMMUTATRICES.

Commutatrices artes in multiplici sunt differentia: fontes ex causis petendi. Commutatrices igitur materiae, hoc est, ea quae in se commutantur, in genere quidem, vel sunt res qualescumque, inanimatae, animatae, & praeter se, vel opera commutari solita: vel sunt opera pro rebus, aut operis. In specie autem respectu habito ejus quo datur, vel est Res, quam hi, qui dant, faciunt, Plati

toni aTroaoua dicitur: ut quando sutor calceos vendit pistori, vel commutat, si non fecit, eidem pistori, vocari appellatur, ut cum sutor pecunia emit ad pistore panem, vel est opera, sive theoria, sive practica mechanica. At ratione habitae ejus, quod accipitur, totidem habet differentias. Forma est ipsa alienatio, ut id, quod commutatur, in alterius jus transiit, vel possessione, vel usurpatione, & usufructu. Quae ipsa respectu ejus, quod accipitur, Emptio dicitur: respectu vero ejus, quod datur, Venditio nuncupatur. Efficientis appellatione eos comprehendimus, qui res, vel operas inter se commutant. Quis civis sit, & quae sit Platonis vocatur: sive peregrini, & Emptio. Finis, vel necessitas est, vel voluntas. Require in Loco de Commutatione.

OPERAE MECHANICAE PURGATRICES. KAΘAIPTIKAI. RESPECTU.

SUBJECTI, CUJUS REI PURGATORIO DOMORUM, URBIVM. KAΘAPMOI.

ANDREAS Rex Hungariae, Damiatum Aegypti urbem Sultano Aegypto eripuit, cum pestilentia supra lxxx. milia hostium perisset. Saracenis in urbe captis concessa salus, & ut purgandae urbis, & mortuorum effendorum curam susciperent. Bonfin. l. 7. Dec. 2.

VESTIUM, HUC Fullones.

Fulloniam artem Nicias Megarensis invenit: quam qui exercent, Fullones nominantur: ii vestimenta curant, polique, & ad id sapone utuntur, quem Plin. l. 28. c. 12. a Gallis inventum tradit. Graece dicitur quibus, quae quid purgat. Polidorus de inventis Regum.

PHILONIDES, Atheniensis comicus antiquus, ante fullo fuit. Suidas.

TYRTAMI Philosophi, qui Theophrastus postea propter dicendi suavitatem appellatus fuit, Pater fullo fuit. Fulg. l. 3. c. 4. ex Laert.

CLESIPPUS fullo, gibbere, alioque foedus aspectu, a Geganis receptus in thorum, mox in testamentum, candelabrum Aegypticum numinis vice coluit, quod ejus opera Geganis innotuisset. Plin. 34. c. 3.

CICERONIS matrem tradunt Helviam claro genere, & honesta vita fuisse. De Patre nihil mediocre refertur. Alii in officina fulloniae & natum volunt, & educatum: alii ad Accium Tullium clarum Volcorum regem originem familiam ejus referunt. Plut. in Cicero.

ANASTASIUS Aquilejensis, qui sub Diocletiano passus est, fullo fuit. Revivis.

CORPORUM. MANGONIS.

De his sub Loco Mercatorum, quia non aliam ob causam in excolenda forma mancipiorum occupantur, quam ut illa majore precio vendant. Proinde ipsi Mercatura xadapouoi famulatur tanquam architectonica. Possunt autem hic quoque referri Balneatores, Tonsores, Fucatores, ut sunt xadapouoi.

MODI. NEMPE LAVANDO Corpora.

De Balneatoribus supra egimus, respectu Materiae, Vestes, Lotrices.

NAUSICAA F. Alcioni regis Phaeacum, vestes abluere introducitur ab Homero Odyssae 4, in fluvio, non in mari, quoniam aquae marinae pingue quid inest, praetera etiam H denfior exilens, sordes incidendo auferre nequit. Macrobi. l. 7. Saturn. c. 14.

UDALRICUS Boemiarum Princeps, ex venatione domum rediens incidit in virginem rusticam, cui Boemae nomen fuit, forte lavantem vestimenta: eamque ob formae venustatem, & colloqui suavitatem, ac mores probatissimos, ita deperire cepit, ut eam invitit consiliaris duxerit uxorem. Bonfinius l. 2. Decad. 2.

Mulier quadam, quae indumenta lavare confueverat, Bricio episcopo Iuonenfem de stupro accusat falso.

Vide Tit. Infontes diuino, & miraculose absoluti iudicio, Philippa Yolande victimam queritans ad summas evehitur opes, in aula Yolande uxoris Roberti ducis Calabriae, & Raimundo Campano nubi. Vide Tit. Obscuro orti loco, qui ad amplas pervenire dignitates.

Lanam. JAMBE lotrix lavacro affidens, atque operilli suo intencat, acculavit Hippocratem, vas plenum lana evertentem. Vide Tit. Inventio facilis.

TRITURANDO. TRITURATORES FRUGUM.

GEDRON JOE F. triticum in torculari triturbat ad effugiendos Madianitas. Trituranti Angelus Domini apparuit, & duces Israclitis contra Madianitas, & Amalechitas dedit. Itaque cum trecentis suorum numerosissimos hostium exercitus cecidit. Judic. 6.

DETERGENDO.

Sic Fullones, de quibus paulo ante.

OPERÆ MECHANICÆ MOTRICES, QUI REM, VEL PERSONAM QUALEMVISQUE PELLUNT, ARCENT DE LOCO.

Mastigophori, lictores, qui virgas in facris certaminibus ferebant, quibus turbam summovent. Hotoman. de Verbo. jur.

TRANSFERUNT DE LOCO IN locum. Respectu habito.

MODI. HUC ILLI, QUI AGUNT

Camelos, Equos, Asinos, Mulas absque vehiculo, Equi sones, Agasenes, Muliones, Clitellarii, Veredarii. De his supra, Opera circa Animalia mechanica. Illic subjedi, hic Forma ratio habetur.

RISACES auriga, vel certe equiso, ut Sacas eives suos a Perfarum tyrannide liberaret, mutilata facie ad Darium profugit, ejusque exercitum, spe facta, quod Sacas ex insidiis opprimere posset, septem diem inire in loca deserta ductum, fame, & siti fere conficit. Mox fublato cachinno, patrie fidem suam se comprobasse dicicans, lato vultu a Persis interfectus est. Polyen. 1.7.

EUMENI CARDIANO tradidit Duris Patrem fuisse, qui ob inopiam in Cherfoneo victum vebura exercenda quiritavit. Ceterum liberale cum in litteris, & palestra fortium tyrosi. Quo etiamnum puero, cum obiter illic appulisset Philippus, pro orium cum adolescentium Cardianorum spectasse panerata, & puerorum ludas, inter quos excellentem Eumenum, cum solerem eum, & strenuum vidisset, placuisse Philippo, & in familiam ejus adscitum fuisse. Plat. in Eumen.

MAHOMETES Arabs ducentis, locandisque camelis operam impendens, paulo post secta propria auditor fuit. Egnat. 1.3. c.4. Exemplorum.

Subada Gallia, Germanique, Attila Hunnorum Rex, ut rerum, qua, dum quinque annos Sicambria commoratur, in omnibus orbis regionibus ageretur, esset conficius, quatuor Veredariorum constituit stationes primam in Colonia Agrippina, quartam ad fluvium Tanaim. Ex his locis singula totius fere orbis acta, per mutatos in locis certis nuncios, Sicambriam ad eum deferrebant. Contra, ipse quoque illorum quoslibet voluntatis sua certiores faciebat. His ita compositis, tum opportunitate rei contra hostes a se bene gerenda observabat, tum quid illi adversum se aggredi vellent, satis exploratum in tempore habebat. Nic. Olaus. c. 13. in Astila.

Naves. Huc qui nares trahunt, aguntve, nulla oneris ratione habita.

Carrus. Qui currum trahunt, jumenta operam subeunt. Auriga per jumenta moventi.

Huc qui dola absque currus, vel navis adminiculo de loco in locum egunt, ut Vectores vinarii.

Sic ligna soluta, vel etiam in Rates compacta, diriguntur. Nam si bis ipsi vebunt quid aliud, inter Navas erunt referendi.

BAJULI. Vide Locum particularem, Litera B.

OPERÆ MECHANICÆ MOTRICES.

Pete ex loco de Arigis, Bajulis, &c. Naves, Navicularii.

Hic navas consideramus, quatenus vel navibus, vel raribus vebunt res, vel mobile natura sua, vel immobilis. At infra de his quatenus ipsas naves, vel rates quomodolibet promouent.

Cælius scribit, Phaonem fuisse portitorum, coque se fovisse artificio. Hic cum Venerem transvestiret, unguentum ab ea fertur accepisse: quo delibutus, factus est hominum pulcherrimus. Vide Tit. Grati pro locata opera.

Phorcus, Græcè Porthucus, Latine Portitor dicitur est, quod per mare deferret colonias. Berofus. Charon portitor inferorum. Virg. 6. En.

Portitor has bevendus aquas, & sumina servas Terribili squalore Charon.

Portitor quidam Ithacensis Parias, (Pyrrham vocant) latrones transfudit, atque senem quandam captivum rogantem cum picæ, de latronibus emit. Erat autem in picæ occultatum aurum. Quo reperto, cum dives evassisset, seni bovem immolasse dicitur. Quare in proverbium abiit: Nemo unquam benefactori bovem immolavit, præter Pariam. Heracles. Plat. in quæst. Græcæ civitatis.

EVENSUS Ætolie fluvius, olim Lycormas vocabatur. Nef. f. sum Centaurum hac in parte defignatum portitorem fuisse, occisum ab Hercule, vulgatur, cum inter traiciendum Dejaniram violare conaretur. Strabo 1.10.

De Glauce portitore Thaso ejus fuit, quod Thasum insulam a mari dissepit, sic ficitur Antipylus Byzantius in primo Græcorum Epigrammatum.

JULIANUS Hospitator fit portitor. Vide Tit. Penitentia religiose.

GENUENSES Turcarum C. millia ex Asia in Europam suis deportarunt navibus, pacti in singula capita aureum nummum. Quibus copiis Amurathes Imp. Christianos ad Varnam mirabili strage afficit.

MATERIÆ SUBIECTÆ, SIVE MOBILIS, quod movetur. Ut qui portant, movent

Sacra.

Apud Israclitas Dominus tribum Leviticam sibi devotam esse voluit, penes quam cura sacrorum esset. Itaque proficiscientibus castris Sacerdotes (qui de illa tribuerant, Aaron cum filiis) sacra omnia involvebant, ea que portabant familia tres Levitice, a totidem Levi filiis ductæ, nimirum Cahathini (quorum censu habito, summa fuit 2730. eorum scilicet, qui triginta annis majores, infra quinquaginta, essent ad militiam idonei) qui oraculi arcam, & mensam ferebant, deinde Gersonii, numer. 2630. qui tabernaculum oraculare cum linteis, & impedimentis reliquiis portabant: tandem Merarenfes, ad 3200. asseres tabernaculi, respigula, columnas, bases, paxillos, fuses, omnia denique instrumenta gestabant. Num. c.4.

Inter Israclitarum Levitas, quia sacra ferrè cogebantur, tandem in dedicatione Altaris, & Tabernaculi, Principes, & duces duodecim Israclitarum sex vehicula lecta & boves 12 obtulerunt, quæ Dominus inter Levitas ita distribuit, ut Gersonii duo vehicula Moses traderet, & quatuor boves, pro ratione muneris eorum: Merarenfes quatuor vehicula, & octo boves. Cahathini nihil tradidit, quoniam sacra administrantes humeris portabant. Num. 7.

Ker vopos, id est, Picifer, vulgare convicium videtur in hominem infimum, & despiciatissime fortis. Si quidem Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte dicit, Æschinem hoc nomine ab amiculis compellatum, quemadmodum, & Lucio, quod picas, & vannes capite bajularer. Nam his in mysteris Bacchanalibus utebantur, quod ea avis sacra fit Baccho, & vannes in omnibus mysteris adhibebatur. Unde Maro: & mystica vannus facchi.

Erasmus in Adagia.

Apud

Apud Romanos facta Junonis æde, cum inferrentur signa, permutasse ea sortituro Geruli traduntur, & Jovis in Junonis ædem, Junonis in ædem Jovis intulisse. Cuiusmodi ergo id religione, quasi diis ipsis sedem ita partibus, ut cultus in Junonis æde esset, qui Jovis esse debuit. Plin. 1.36.

Homines. Huc

Lictarii.

ARTOXERXES Perfarum Rex, Timogare legato Atheniensium stratores, quasi rudibus ad iterandum Græcis, misit: Bajulos item, qui ad mare infirma valitudine affectum deportarent. Plat. in Artoxerxe.

ISABELLA Hispanica regina, cum deduceret ad proximum Cantabrig portum Joannam filiam, Caroli V. Cesaris matrem, ut inde ad Philippum maritum in Belgicam oram navibus adveheretur, ac materna caritate ab admatæ filia complexu divelli non posset, unquam ad classem lembo transepta esset, in regressu intumuit Oceanus, ad eum lembus adigi in terram commodè non posset. Postulabant asseres a nautis, ut roque litore subsidia ad excipiendam Reginam parabantur; cum Consalvus Magnus eam ignobilium ministrorum manibus attrahere indignum ratus, ut erat in fago purpura, auroque contexto, in mare pectore tenus se haud cunctanter immisit, complexusque Reginam, ac in humerum attolens, in litus, acclamantibus cunctis eam reportavit. Quo inexpectato officii genere tam opportune, quam alacriter Regina animum elegantibus obsequiis gaudentem misit delectavit, ad eum illa virili ingenio gravissimum consilium munia capessens, & cum Rege Ferdinando conjugæ æquo imperans, unum ante alios Consalvum ad omnia fortiter, ac splendide peragenda divino munere natum prædicaret. Jovius in Consalvo.

Cadavera.

Pollinctum Constantia Regis corpus, conditumque in loculis, Jovianus, protector domesticus, cum Regia prosequi pompa Constantinopolim usque iussu est, prope necessitudines ejus humandum: eique vehiculo insidentibus, quod portabat reliquias, ut Principibus solet, annonæ militaris ostendebantur indicia, ut ipsi nominant Proba, & animalia publica monstrabantur, & ex usu crebrescebant: occurrusque, & alia similia, eidem Jovianio imperium quidem, sed casum, & umbraque ut ministro rerum funebrium, portenderent. Marcellin. 1.21.

Terram, Lutum, Rudera, Lateres. Purologia, apud Aristophanem Concionatricibus luti gestatio, pro sordidissimo genere operæ.

ISRAELITÆ durissimo servitutis iugo in Ægypto pressi, arcam, & lateres ferrè cogebantur, & urbes ad armaria Pharaoni edificare, Pitomam, & Ramessim. Exod. 1.

ÆGYPTI in vulgi fabulam, ac risum abiere, quod asinorum ritu vestandis corpore oneribus quantum facerent. Ad quem laborem hoc exercitiosus illos fuisse conicio, quod in effodiendis lacunis, linoque exportando, ac lateribus argillaceis, hujusmodi opera potissimum opus erat apud Ægyptios, ob limum quem invehit Nilus. Nam illic passeris opinor, aut hirundines monstrantur artem è luto constructurum parietes. Argumento est, quod Hebræi, cum apud illos agerent, adaucti sunt luto lateribusque gestandis servilem operam præstare Pharaoni. Erasmus.

NERO in Isthmo perfodiendo primum ipse suis humeris vannum terræ exportavit. Suetonius.

CONSTANTINUS MAGNUS Imp. in basilicæ Lateranensis fundamentis jacendis XII. cophinos terræ ipse propriis humeris exportavit. Egnat. 1.1. c.1.

Saccos. Saccarii, qui faccis gestandis questum faciunt, quorum ingenio copia est Duaci ob negotiationem, qua ibi frequens, granorum frumentis, &c.

Ligna.

EPICURUS in epistola de Studiis, Protagoram Sophistam ex sportuligero, ac lignigero primum Democriti scribam fuisse narrat, quem cum ex quadam lignorum compositione admiratus esset Democritus, ex hac occasione primum cum succedit, postea in quodam vico literas edocuit, ita ut Sophista demum evaserit. Athen. 18. c.8.

Naves, Rates Gestando.

SORBOLUS mechanico Naves Venetas è mari per continentem in Benacum lacum pertraxit. Vide Tit. Classem parare.

Naves, Rates Agendo.

NAVIA, Navicularii, qui naves agunt, Ratiarii, qui Eram exercent, quomodocumque, per Ventum, Vela, per Remiges, per Remulcum: quancunque ob causam, belli, mercaturæ, piscationis, itineris. De his paulo ante, quoad modum vebunt, respectu Contenti, quod portant, unde Portitores dicitur: ab his, respectu Continentis, quod vebit.

Navibus us.

BELLEROPHON equo alato Pegalo usus dicitur in Chimæra triforini monstro edomando, quia primus omnium invenit navigare classe, atque ordinem classis instruenda, cum vela, & remi alæ sunt navigiorum, hic navali prælio Soly mos populos bellicosos superavit, quos leonibus similes dixerunt Poetæ: Amazonibus arma intulit, quas per loca difficilia, & montosa peragrantes capras vocarunt. Insidias, quas Jobates Lydorum Rex à lectissimis juvenibus illi paraverat deiecit, superavit, quas propter dolum caudam serpentina vocarunt. Natalis Comes Mythol. 1.9. c.4.

Cum adulterii cum Tauro duce non solum conscius, sed etiam adjuor Ariadne Minois uxori Dædalus fuisse, à Minoe in vincula conjectus est unâ cum filio Icaro. Iis perruptis, cum sibi, & filio Icaro non magna edificasset navigia, primisque omnium velificationem advenisset, quod Minois classem, quæ remis tantum utebatur, secundo impulsu vento anteverterent, ipse quidem in terram incolumis appulit: Icaro verò navem, impericia gubernantis everfam tradunt: & sub undis evehitum, maris aestu delatum in insulam juxta Pergamum, cujus nomen nondum proditum fuerat. Hercules cum forte in illa loca venisset, agnitus cadaver sepelivit, ubi hæc etiam ætate non magnus terræ agger spectatur, in promontorio, quod Ægæo mari imminet. Ab Icaro sanè & insulam, & quod eam incingit mare, nomen accepisse ajunt. Pausanias in Bœoticiis. Dicitur est Igitur Dædalus alas excogitasse, quia cum illum classis Minois insequeretur, ipse primus velificationem invenit, ac ventum secundum in puppim nactus, Minois classem anteverit, quæ remis tantum utebatur, ut ait Pausanias in Bœoticiis. Natalis Comes Mythol. 1.7. c.16.

CRETENSES jam pridem, ut Strabo 1.10. demonstrat, navigandi principatum tenuerunt, è quibus propter id fluxit proverbium. Cretensis nescit pelagus, in cum, quia ea, quæ probe novit, se ignorare dissimulat. Eorum rex Minos mari primus imperavit.

In classe Xerxis, quam contra Græcos duxit, quæ ex mille ducentis, & octo triremibus constabat, Phœnicæ trecentas naves habebant: omnium velocissimas, & inter eas optimas Sidonii. Secundam laudem Aræmetia Carie regina, Lygdamis F. Mausoli vidua, quinque navibus instructa meruit. Herodotus 1.7.

Naucleri, Governatores.

TIPHÆENSES præcipuam sibi præ cunctis Bœoticiis maritimarum rerum peritiam vindicant. Tiphyn prædicantur, cui nominatim Argus gubernacula credita sunt, fuisse indigenam. Ostendunt verò extra oppidum locum, quo Argo ipsam Colchis reverfam applicuisse dicunt. Pausanias in Bœoticiis.

CANOPUS, auctore Plinio, fuit gubernator navis Menelai: a quo ostium Nili Canopicum nomen sumpsit, ubi ictu apidis mortuus est.

PALNURUS gubernator Æneæ. Virg. 1.3. Æneid.

Navis gubernator Amatyadas erat Phereclus, ut refert Simonides, quando Thefus cum reliquis in Cretam Mineoturo obiiendus navigavit. Philochorus ab Sciro ait ex Salamine Thefa gubernatorem Nausitheum accepisse, & Phæacem H proreæ rectorem, quod nondum Athenienses rem matitiam tractarent: etenim fuisse unum ex impuberibus Menesthea Sciri ex filia nepotem. His ad stipulantur Naafithe, & Phæacis postea in Phalero à Thefo apud Scironis fanum monumenta. Ac solemmia Cybernetæ in honorem horum tradit agi, quasi dicas Gubernatoria. Platarch. in Thefo.

PELORUS gubernator navium Animalis fugientis, ab eo in Siculum mare præcipitatus, promontorio nomen dedit.

PETRIUS nauclerus Pompejum supplicem suscipit. Vide Tit. Adversus prælia non ferre.

TELOMEM Mastiliensem Lucanus à navigandi, astrorumque peritia laudat: Lib. 3. Phæacis, ubi ait: Dirigit huc puppim miserique quoque dextra Telonis, Quo nullam melius pelago turbante carinæ Audivere manum, nec lux est notior ulli.

Craffina,

A Crasina, seu Phœbum videat, seu cornua Luna, Semper venturis componere carbasa ventis, *Monitores.*
B Masonana, qui medium inter nautas, id est, remiges locum obinent, reliquis remigandi signum præbet. *Notomom. de Verbis juris.*
 Remiges.

MNESTES, SERGESTUS, CLOANTHUS, nautæ fuerunt. *Æneid. Virg. l. 4. Æneid.*

Fuit Saro nauta, qui moribus suis, inegantibus, & inurbanis frequentia adagio locum fecit, Sarone magis nauticus.
MANDRO navicularius, aspirante fortuna, tandem factus est Imperator: unde etiam factus adagio locus: Fuit & Mandroni fulcinea navis. In eos, qui præter meritum ad opes evadit, pristinæ conditionis non meminerunt. *Rovisus.*

Nautra ob Alexandri diadema capiti impositum morte plebitur. *Idem Titulum, Insignia imperii usurpata ambitiosi vindicare.*

TIMASION Ægyptius nauta, *Idem Tit. Incessum sugere.*

Paralus, & navis Salamina fuerunt triremes factæ, & publicæ: quæ cum celeres essent, ad usum Reipub. Atheniensium mittebantur, tanquam celeres ministræ, quarum altera præfectus, & sacrificiis, altera Reipublicæ serviebat.
B Sic Paralo Aleibades ad iudicium accessit fuit. Quater-nos obolos accipiebant, Qui in paralo navigabant, iisque maximam anni partem domi manebant: atque etiam aliis commodis è publico fruebantur. *Suidas.*

AMYGLAS nauta, ad quem tempore belli civilis accessit Cæsar, ut ab eo transvehere retur in Italiam. *Lucann. l. 5.*
BASILICINUS remex Rex à Michaelæ Imper. Constantinopolitano creatus. *Idem Tit. Imperii ambitiosa confectio.*

Francisci Ruveri Minoritæ Savonensis, qui postea Pontificatus sub Sixti IV. nomine adeptus est, Pater nauta fuit. *Fulg. l. 3. c. 4.*

Tormento.
HELVETII suis humeris tormenta per Apennini juga portant. *Idem Tit. Cruclitatis ob mortem aliis illatum.*

Aquam.

CLEANTHES Phanis F. Assius, discipulus Cratetis, deinde Zenonis, cui successit: magister Chryssipi Solensis, & Antigoni regis. Pugnabat profectus, amore Philophræte captus est: adeo tolerans laborum, ut alter Hercules diceretur. Nocturne mercede aquam hauriebat, interdicti discipulis, & libris vacabat: unde Phreandres, haurior puteorum, cognominatus est. *Plurima scripsit. Suidas.*

Ann. 465. in Constantinopolitano incendio à dæmone excitato, Alpar Patricius, vir clarissimus, aquam ad id restinguendum humeris suis attulit, & singulis opus ferentibus numeros aureos pro mercede promisit. *Sigon. l. 14. Imp. Occid.*
 Vinum.

GRAMENGIUS bajulus vinarius Bononiensis. *Idem Tit. Vitæ aliorum astute insidiari extra iudicium.*

Lapides. **C**olumnas.

Architectus Ægyptius vexit domum è saxo solido in urbem Sain. *Idem Tit. Regia magnifica.*

THEOPES Rex Ægypti, omnibus templis obsecratis, Ægyptius, ne sacrificaret, interdixit. Deinde iussit, ut in suis ipsius operibus exerceretur. Alii, ut ex lapidinis Arabici montis saxa exciperent, & illine ad Nilum usque protraherent. Alii, ut transtulissent humine, illa acciperent, & ad montem, qui dicitur Africus, traherent. Paciebant autem opus circiter decem myriades, id est, centum millia hominum, ternis semper mensibus singula. *Herod. l. 3.*

CRESTIPHON machinam ad ferenda graviora onera primus extruxit, qua usus est ad deportandas ex lapidinis columnas Ephesum ad Dianæ sanam. *Viruvius.*

Circa annum Sal. 1173. tres eximia magnitudinis columnæ ex Græcia Venetias advectæ sunt (quidam ex Constantinopoli tradunt: sed id Emanucle imperante quomodo fieri poterit, non intelligo) onerariis navibus. Illarum una, ubi naves appulæ sunt, cum in continentem machinis quibusdam traheretur, superato artificum ingenio, nimio pondere in profundum depressa, ad hunc diem sub aquis est: reliquæ diligentior cura adhibita in terram deductæ: Quæ cum aliquam-

diū humi iacissent, nec amplā quamvis mercede proposita reperiretur, quicquid erigere aucter: tum mira transgendi operis cupiditate publico decreto editum, ut quicumque opus suo ingenio consummasset, fas illi esset à principe, & populo petere quod vellet: quandoquidem fide publica præstaretur, si tale esset, quod merito præstari deberet. Ad famam propositi operis multi, ut fise, alii præfati, alii gloria adducti, rem tentare possunt auseri. Verum unus omnium, ex Cissalpa Gallia, ut dicitur, profectus, opus peregit, madefactis aquarum iactu funibus, quibus appenda erat molis: parva intercedente distantia in confpectu fori, ubi hodie visuntur, geminas statuit columnas. Quarum utraque suo epistyllo, aureum, hæc Divi Marci signum, ea figura qua alatum leonem imitatur: altera Theodori martyris hæc, & scuto incubantis habet. Ferunt pro mercede postulatam, ut alæ luforibus ipso intercolumnio in dolo ludere impune liceret. Hic quoque Rivulatum primus omnium ponte iunct: atque alia complures commentus est machinas, publicis operibus haud inutilis. Pro quibus omnibus ex publico in reliquum vitæ victum impetravit. *Sab. l. 7. Dec. 1. & Egnat. l. 8. c. 23.*

Aрма. Armigeri.

DAVID Hæi F. Sauli Regis armiger. *Idem Tit. Demoniocorum.*

Literarum **T**abellarii.

Idem Tit. Curforum, quatenus literas perferunt. Item Titulum Navicorum.

Vide Tit. Curforum, quatenus literas perferunt. Item Titulum Navicorum.

Angarus **o**pproper, operarius. Est autem vox Persica, ut scribit Hesychius *quidam dicit ad Græcos quædam oportet.* Hic vulgus nostrum postas, quasi postas cursum stationes appellat. Unde Angaria, operæ publicæ ob negotium aliquod oportum, cui celeriter providendum est, impositæ. *Imp. l. 11. C. de sacros. Eccl. Notomom. de Verbis juris.*

Astandæ Perfarum grammatophori, sive tabellarii, qui certis itinerum spaciis permutabuntur. Darium Perfarum regem fuisse quandoque regis astandam. *Plutarchus scribit in libro de Alexandri Fortuna: quo argumento illius, inquit, conatuitur servilis ignobilitas. Cæli. l. 18. c. 7. A. L. ex Suida.*

PHTIDIPPIDES Atheniensis tabellarius. *Idem Tit. Curforum extra stadium.*

Mediolani principem Verdarius habuisse constat per Italiam, qui dispositi per modicam intervalla, celeritate inenarrabili alius ad alium literas perferabant. *Cæli. l. 18. c. 8. A. L.*

Libros.

Casparius, qui puero ad ludum literarum evansi libros in capsula deferret, modò sacculo imponant, & ferunt.

Muli Mariani castrensis proverbio dicti sunt varicosi Milites, ex C. Marii ducis instituto, in turca, tabella interposita, sua onera portare consueverant, ut testatur & Festus Pompeius. At *Plutarchus in vita C. Marii* originem adagi bifariam refert. Cùm Marius Imperator milites cursum, variisque, ac longis itineribus, gestandisque oneribus exerceret, atque illi jam assueti, non gravitatis, taciteque ea ferrent, castrensi loco *quidam quatuor dicit, muli Mariani dicit sunt.* Meminit moliturum Marianorum *Jul. Frontin. l. Stratag. 4. hisce verbis:* C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, vasa, & cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus & habilis onus, & facilis requies esset, unde & in proverbium est: Muli Mariani, nimirum laborum tolerantiam, quod Homerus *quidam taliter idem dicit appellat. Erasimus in Adagis.*

OPERÆ **M**ECHANICÆ **C**IRCA **R**ERUM **C**USTODIAM **V**ERSANTÆ.

SIC **A**LIE **O**PERÆ **C**ONSERVANT, Custodiunt **R**EGIONES, **I**NSULAS, **U**RBES, **P**ORTA **C**OLONI.

SENNACHERIB ad custodiendam Judæorum incolas misit ex Assyria, qui emulatores Judææ legis facti, Samaritanos nuncupati sunt, quod Latine custodes sonat: auctor *Euseb. Lud. l. 7. vs. in l. 18. Aug. de Civit. Dei. c. 24.*

Milites.

DE MECHANICIS OPERIBUS, SIVE OPIFICIBUS MECHANICIS.

ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ insignis est varietas, & nescio an a quoquam mensus Oceanus. At quia *ipso nomine, cognitio infinita est, summis capitibus contenti sint oportet, quibus singula sensu explorare, ratione complecti, non datur.* Fontes ergo Operum mechanicorum, hoc est, causas ipsas contemplerur singillatim, à quibus *Artes proprias quælibet, & esse, & nomen trahunt, ita tamen ut ad unam aliquam causam, hanc vel illam, eximia referantur.* Ergo si quatuor causas expendantur, MATERIA primo loco occurret: eaque vel Simplex, ut est Ignis, Aer, Aqua, Terra: vel Mixta, Naturalis partim, partim Artificialis. Sub Naturali complectimur, Inanimata, ut Lapides, Metalla, item Animata, hoc est, petita ex Vegetabilibus simul, & Animalibus. Ex Vegetabilibus dico Integris, eorum deinceps parvis: puta ex Radicibus, Cortice, Ligno, Virga, Caule, foliis, Floribus, Fructibus, Seminibus. Pariter ex Animalium partibus, aut Internis Duris, ut sunt Ossia, Dentes, Mollibusque, sive Fluidis, ex Sanguine, Lacte: Melle: sive Solidis, ex Carne, Intestinis, Ligamentis, Nervis, aut Externis, ex Contineat scilicet, Corio, sive Pelle: ex contentis item tum Rigidis, Cornibus, Ungulis, tum Flexilibus, Fecibus, Lana, Setis. Materia artificialis, arte facta est, vel saltem præparata, multiplici specie: cuiusmodi est Filum ex qualibetque materia ductum, ex lino, alumine, ferro, auro: Tela, Corium præparatum. FORMA secundum locum obtinuit, vel indefinita est, & communis (qualem illi induunt, qui Materiam multis aliis artificibus communè præparant: ut Corium, ut Linum, ut Lignum, ut Metallum) vel definita, & certa, ut qui Lignum exsculpunt, qui Metallum cælat, qui ex Palea Pannos facit, qui ex Cornu prætinnes, EFFICIENTES duorū generū, Principes, & Coadiuvantes: Sic agunt omnes Mechanici, vi animi, corporis ministerio: sed in aliis magis elucescit occupatio Animi: hæc Liberales artes appellatur (cuiusmodi est Pharmacopæia, Piæloria, illa Medicinæ, hæc Mathematica colona) in aliis occupatio Corporis: quæ Mechanicæ eximie dicitur: Inframento agunt omnigeno: cuiusmodi est Ignis, Aqua, Fornus, Ascia, Serra, Mola, Pistillus. FINIS Mechanicorum operum considerari potest duobus modis. Essentialiter primam, respectu scilicet vel Personarum, quæ bis instructæ organis agunt (sic *Citharæ usus, ut ea Musicæ personæ Patuntur quæ sic Citharæ usus, ut ejus sono afficiatur aures humane, &* vel respectu Efficitus, quæ organum in, vel personam cui a dabitur. Sic *Citharæ usus est, in quo humanæ delectare, erudire, incitare, & refinare. Accidentaliter item consideratur, quatenus ab artifice factum, in servis usus vel ipsius met (sic faber ferrarius mallei, forecipem, clavum sibi ipsi fabricat: Cyclopes olim duras & cæpes, forte quia instrumenta & fabricari, & fabricas nisi uni possit) vel Aliorū. Sic faber ferrarius arma suppeditat venatori, pastor, coquo, fabio lignario: sic Lignarius capsas mercatori, vestiaris, sic misistia artium mutuas tradentium operas, & cetera, & cetera. Respectu autem hujus alie artes ab Aristotele vocantur in secundo Physicorum *Πολύμορα, quæ faciūt aliquando, licet ea non utatur, nisi per accidens, quatenus eo cōmutato vel dicitur dō lucrum inde captant, & sic ad Artes cōmutatrices pertinent: alie Xenopones, quæ operibus superiorum utuntur, tamquā organis operi cuiuscunque inventientibus. Quarum ipsorum usus quæ dā sunt. Principes, & supreme, quæ opera aliorū ad usū accommodāt, & à quæ cōmutantur dicuntur, ut à quæ dō trahunt, quæ dō imperent aliis (hinc *Edificatoria ars, quia innumeris artifices famulantes habet, Architecturæ nomen est, & xub, meruit) quæ dā famulantes, cum utantur aliorum operibus, & vicissim sua opera aliis præbeant utenda. Sic qui frenū fabricat, à Ferrario ferris præparat Sartor à Textore panem accipiens, vestis, quæ tegatur alii, parat.***

MECHANICI OPIFICES **S**ECUNDUM **M**ATERIAM **O**peris considerati. Sic versantur circa

AQUAM. **V**G. **S**ALIS **C**OCTORES.

*S*al quatenus **A**limento **I**nservit, **I**nter **M**echanicæ **n**on-
 mone à quibus patitur is, qui iis utitur, infra referetur.

JOANNES Alberti ducis Brunsvicensis, frater, primus operam impendens falinæ Lüneburgensis, novam illi venam aperuit, longè ea, quæ pridem fluxerat urberiorum, anno Christi 1269. & prospere cessit opus in manibus ejus vehementer. *Cranzovii lib. 7. Saxoniæ, cap. 27.*

HIARO ex Rege Danicæ pulsus à Fridleuno Frothonis III. antecessoris filio falsi coctor factus. *Saxo. lib. 6.*

LAPIDES. **M**ARMORARIUM.

LAPIDEÆ **L**ATOMI.

*Q*ui erunt lapides, inter **A**cquisitrices operas referuntur. **H**ic Opifices, opus lapidum efficientes spectamus.

Z Robertus

A De bis supra, ut pro alio pugnant, Hic ut regnum defendunt, vel custodiunt.

ATHENIENSES excubiis agendis Infulares magno stipendio conducere solebant: ita ut in proverbium venerit. Excubias oportet agere, aut divitem esse. *Eras. in Adagis.*

Consuetudinem in nocturnis excubiis agendis observant etiam Pannonos, ut alta voce sibi mutuo recitent, & ad vigilandum hortentur, subinde hæc verba repetentes: Szolay Szolay vitrazto Szolay, hoc est, Vigila vigila vigila. Praefectus autem vigilum, quem Vigayzo appellant, si excubias, somno interdum victæ, acclamationem intermittunt, admone-re iisdem verbis solet, Szolay vitrazto. Cùm verò sub auroram ab excubiis se recipiunt, accinere solent, Haynat-vaygon Izep-pyros, haynal, haynal-vaygon, hoc est, erumpit jam elegans vyros (scilicet dies) crumpit jam: deinde addunt: mayd meg vitrad, haynal-vaygon Izeppyro haynal, id est, brevi luxerit, crumpit jam elegans, rubenique crumpit. *Carolus Clusius, in 3. observat. Bellonii cap. 18.*

HOMINES **H**UC

De bis supra, ratione Operæ, quam præstant. Custodes Carceris.

De Commentariis supra, alio respectu.

De Praefectis horreorum etiam supra: Illic Loci, hic Locati habetur ratio.

FRUCTUS **S**YCOPHANTIÆ.

*F*uit id genus dominum apud Athenas, qui sicus maturas custodiens, & deprehensos fures deferret ad magistratum. Ob quorum deinde calumniarum, & mendaciarum quando testimonio solo, quos accusabant, premeant, neque alia fide opus esset) factum est, ut Sycophantia pro calumniandi libidine usurparetur. Huc etiam Vinearum, & Hortorum custodes.

CARNES **C**ONSERVANTUR.

Venatores olim, sicubi in remotioribus suam decessissent, vel certum, ne computrescerent, clavum aeneum infigebant, ad advertendam putrefactionem. *Cælius lib. 29. cap. A. L. Sale.*

THESAURUS.

Ex Tit. Salsamentariorum huc quædam.

Vide Tit. Quæstorum. Illic dignitatis, hic operæ habetur ratio. Quæstoriis a quærendo, & acquirendo Custodes à qualibus conservandis nomen habent.

ANIMALIA.

Huc it, qui vitariis præfati sunt. De quibus sub Animalium Operis.

CORRUMPUNT **P**ATIONE **S**UBJECTI.

MESSANIENSIBUS in Sicilia olim datum fuerat oraculum, Carthaginensibus duci hæc iuxta futuros. Itaque Hamilcar Carthaginensium duci sese opponere ausi fuere. Verùm capta urbe, Hamilcar Carthaginensibus militibus tanquam servis mandavit, ut ædificia cuncta incendio, & ruina delerent, ne tempore brevi, neque parva posset opera restituari. *Diod. lib. 14.*

Huc Lanis, & Venatoribus, quatenus animalia in-
 terferunt.

D Apud Homerum Thrasimedes Nestoris filius securi bovem obruncat, cùm Nestor non posset obfensctum. *Athenæus lib. 14. cap. 31.*

Apod Rom. Censores, purpuram induti, atque coronati, victimas securi percutiebant. *Ibid.*

Tales sum Carnifices. De quibus supra sub Homi-nium operis egiimus.

MODI. **S**IC **C**ORRUMPUNT **I**gne, **I**ncendiarii.

Incediariam operam hic consideramus: Habitum sub loco Injustitiæ profana: ipsum Infortunium sub Pauper-tate quatenus Urbes, vel Classis igni bauriuntur.

HERACLIDES Tarentinus architectus, Rhodiurum classem incendit. *Idem Tit. Strarogenatum.*

MICETAS Orliphas fuffili igni Saracenorum nares contremavit. *Cyprian.*

L. 8. vit. Human. Theat. Tom. V.

A rum, quæ bombycina appellantur. Prima eas redordiri, rursumque intexere invenit in Ceo mulier Pamphila Platæ filia, non fraudanda gloria excogitata rationis, ut denudet feminas vestibus. *Plin. l. 11. c. 22. ex Aristot. l. 22. de Animal.*

Melita insula in Siculo mari incolæ varii generis exercent artes, & optimas faciunt lineas telas, tum tenuitate, tum mollietate spectatas. *Diod. l. 5. c. 4.*
Borippa Chaldaeorum civitas, Diana, & Apollini sacra. In ea maximum lanificium est, & maxima vesperilionum multitudo, quæ longè majores sunt, quam in cæteris locis capiuntur, & in eam conduuntur. *Strabo l. 16.*

Usum lanificii *Fulsius l. 2.* Athenienses primos docuisse tradit. Quod ego Minervæ potius tribuerim: siquidem illa erat, antequam Athenæ condita forent: & quoniam lanificium callebat, credibile est eam primò lanificium monstrasse. *Polyd.*

Cilices hircos habent villosi tonfili, unde vestes conficiuntur, quæ Cilicis, & Ciliciana diximus. *Martiri. l. 7.*
Qualem forcipibus metis *supinus*
Tonfor *Cinpio Cilix marito.*

Cassissima Ithacensium regina Penelope, viginti annos, quibus Ulysses maritus absuit, texendo sefellit, dum procorum ambitum cludit, interdum texens, quod noctu retexeret.

B TERAUS, Martis, & Nymphæ Bilonidis filius, ducta Progne, Pandionis Athenarum regis filia, precibus ejus impulsus ad focerum contendit, rogavitque, ut secum Philomelam ad visendam sororem mitteret. In itinere ad Parnassi urbem Daulidem eam vitavit: & ne illa facinus sorori indicaret, linguam præcidit, mortuamque in itinere forori Progni nunciavit. Philomela rem clam per nuncios, acu pectam ad illam clam defendendam curavit. *Ovid. l. 6. Metam.*

Πελλῆνιός ἦραός, id est, Pellene vestis. De prisco cultu. Pellene pervevisti Achajæ civitas, Protei patria, in qua diversæ vestimentorum formæ fieri consueverant, attestant Suida. *Julius lib. de Rev. vocabulis 7.* prodidit, lanas Pellencis olim viles vestis, adeo ut in Junoniis ludis ac certaminibus victori lacerna Pellencica præmiij vice daretur. *Atilpatur Strabo lib. Geographia 8. Erasim. in Adagiis.*

Micylum apex, inquit Crates (aliis Socrates) lenam carminantem, & uxorem unam carminantem, communique pugnæ famem propulantes. *Plut. de Non federando.*

Feminarum Patris Achajæ, quàm virorum duplo ferè major est numerus, & hæc quidem, si quæ alia, ad venerem pronæ, extendis è bysso Eliaca reticulis, & alia veste earum complures victum querant. *Paulum. in Achæicis.*

C PHOLOS Cretensis femina, lanificii, & texturæ admodum perita. *Virg. l. 5. Æneid.*

Reginæ Macedonum, & Epiri, vestes maritis, fratribus, filiis parentibus, ipsæ propriis manibus contexebant, & consuebant è quibus aliquot Alexander Magnus Persicis Regnis ostendit à matre, & fororibus confectas. *Plut. in Alexand.*

Thorax lineus frequentibus animalium figuris ex auro, & lana verlicoloro intertextus, in quo venationes qualibet exiles singulæ in se habebant tricenæ, ac sexagenas bettiolas. Hunc Amasis Egypti Rex Lacedæmonis dono misit, quem tamen Samii interfecerunt. Similis hic fuit alter, quem in Lindo Minervæ idem Amasis dedicavit. *Herod. l. 3.*

A MESTRIS, uxor Xerxis vestem pulcherrimam texuit, quæ maximam calamitatum occasio fuit. *Vide Tit. Incessus Ethicis sub nomine Xerxis.* Quanvis aliqui Perfides D matronæ calathum, & pensâ trahere, pro joco ducerent. *Vide Tit. Hostium uxores, liberos conservare, restitueræ.*

Axiuos ἢ ἀξιώως ἔργα, id est, Acelsi, & Heliconis opera. Quæ singulari artificio confecta viderentur, sic antiquitus appellabantur. Locum proverbio fecerunt duo, quidam celebrati artifices, Acelus natione Paratenis, & Helicon Caristius. Hi primi contextuisse dicuntur pepulum Palladis Poliadis: id enim cognomen Minervæ, quæ in arce Atheniensium colebatur. *Erasim. in Adagiis.*

Helicon cum Acela patre Chyprii, textores celebres Salamem peristromatum, & aulæorum. Item Pathymias Egyptianus. *Athenensis l. 2. c. 7.*

NICANDA mulier texendi perita. *Vide Tit. Avaritiam muneraria perisidæ.*

TERENTIUS comicus parcam, & pudicam puellam describens Antiphilam Clinæ amicam, in Heautontimorurnto, Lana, (inquit) & tela victum queritans.

Inter nuptiales acclamationes Romæ est Hymenai in voca-

tio, nuptiarum Dei, ab hymene virginum Latinis Talassio dicitur. Causam asserunt è raptu Sabinarum. Quæ historia est etiam à Plutarcho scripta. Ambigitamen, indene, an à lanificio ducta sit ea vox: ἠμπεραρίπιν enim etiam ἠμπεραρίπιν vocatos ait, in quibus lana contineretur. Unde, & ἠμπεραρίπιν lanarii opifices: haud fanè ineptè. Novæ enim nuptæ pellem cum vellere substernit, lana postea obtusib, colum in pompa ferri motis vici, quasi verò ad opus faciendum, non ad dependendam virginitatem deducetur: aut fanè, quod ejusmodi argumentis sedulis futuræ matrismatrisfamilias designaretur. Sicut apud Græcos etiam cribrum præferebatur, & ante thalamum piffillum alligabatur. Non id Roma: facta enim de raptu cum Sabinis pace, inter eos convenit, ne eorum uxores molerent, neve coquinam facerent. A lana igitur sic Talassionem deducunt: ἠμπεραρίπιν ἠμπεραρίπιν, id est, desponsatam virginitatem dicebant veteres. Eadem vocis vestigia cum Talassio maximam habere videntur affinitatem. Ea voce usus est *Sophocles in Antigone, Scælgæ lib. 3. Poeticæ, c. 100. Lud. Vires lib. 1. de Fem. Chrif. Talassium velut quassillum dicitur, in quo reponitur lana.*

Lanam, & sandalia cum colo, & fuso Tanaquilis, quæ eadem Caja Casilia vocata est, in templo Sangri durasse, prodente se, auctor est M. Varro: factamque ab ea togam regiam undulatam in ade Fortunæ, quæ Ser. Tullus fuerat usus, eaque signum Fortunæ cooperuit. Duravit ea annis 560, usque ad interitum Sejanî. Inde factum, ut nubentes virgines comitarer contæ, & fufus cum flamine: & novæ nuptæ ante januam mariti interrogatæ quænam vocarentur, Cajam esse se dicerent. Ea prima texitur ream tunicam, qualem induuntur novæ nuptæ. *Plin. l. 8. c. 48.*

Quondam Uxores viris, & Matres filijs tunicas, togasque facere, easque acu, & licio, ac telis intexere consueverant, summiq; Imperatores, & duces à necessarijs sæpè vestes contextas induere. Quare Alexander Macedo, & Augustus Octavius, domesticis tunicis, ab uxore, matre, & forere, aut nepte confectis usi sunt, quæ veteri more in atrio domus cum clientibus Romani intexebant: Græci verò in ovo, & proocco. *Alex. l. 4. c. 8.*

Regii juvenes Terquintii, cum orta super uxoriibus contentione Komam properet venissent, cæteraque regias nurus inter æquales conjugantes, Lucretiam verò nocte sera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas, in medio aduâ sedentem deprehendissent: pudicitia læna pence cam omniū ostentio mansit. *Livius.*

Redactò universi populi Romani imperio in Augusti potestatem, ipse filiam Juliam, & nepes suas lanificio voluit assuescere. Quem post Carolus Magnus imitatus est.

Erat Pagana lege sancitum in Italia, ne mulieres in via torquerent fufos, aut colus detectos ferrent: quoniam frugum proventibus adversari putabatur. *Alex. l. 4. c. 8.*

ASINÆUS, & ANILÆUS Judæi fratres textores, viri fortissimi. *Vide Tit. Qui ex humili fortuna ad magnas dignitates evecti, denudè deciderunt.*

CLAUDIA Romana, inter cæteras dotes matronæ convenientes honestæ, etiam hanc habuit, quod lanificii fuit studiosa. Ita quod ex epitaphio ejus intelligere licet, quod *Georg. Fabricius in Rom. Antiquitatib. commemorat.*

Hostes quod deico paulum fist, asta, ac pellege: Hæic est sepulchrum haud pulcrum pulcræ femine. Nomen parentes nominarunt Claudiam, Sorum mareium corde dilexit sero.

Gnatos duos creavit, horum alterum, In terra liquit, alium sub terra locat: Sermonè lepido, tum autem incesu commodo Domum servavit, lanam fessis, Dixi, abei.

JONATHAN textor Judæus, magna claudis auctor Cyrenensibus Judæis. *Vide Tit. Propetiarum demoniorum.* Sabinam poetricem, & tetricem in suis celebrat Epigrammatibus. *Ausonius.*

Laudet Achæmenias Orientis gloria telas, Mollæ aurum pallis Græcia tæxæ suis: Non minus Ausonium celibet dum fama Sabinam, Parcentem magnis sumptibus, arte parem.

Theffali Tralliani Medicorum principis Pater textor fuit. teste *Gal. l. 1. Methodi.*

ZENO Ajacis frater, Majumæ, sive Constantiæ præpè Gazam Episcopus, semper in solitaria lanificii officina lineas texitur vestes: & ex laboris fructu vitam toleravit, & indigentibus sumptus subministravit. *Nicæph. l. 2. c. 7.*

D. HERONIMUS Paulam nobilissimam feminam, ex Scipionum, & Græcorum gente, quæ etiam Agamenonem illum principem

A principem regum in stemmate ostendebat, discere vult lanam facere, tenere colum, ponere in gremio calathum, rotare fusum, flamma pollice ducere. Demetriadem quoque pari nobilitate, atque opibus habere jubet lanam in manibus, & vel flammis pollice fila deducere, vel ad torquenda subtégmina in alveolis fusa veterè, lana postea neta aut in globum colligere, aut texenda componere. Fuit enim semper lanificium honestæ femine exercitamentum, atque.

Anno Sal. 1148. Rogerius Rex Siciliæ irritas Manuéli Græco Imp. quod legatos suos, de pace componenda missos, contra jus gentium in carcerem conjecisset, classem Græciæ littoribus intulit, ac Corcyram, Thebas, Corinthum, & Chalcidem eii cepit. Hujus expeditionis illud memorabile fuit, quod eo tempore artifices ferici conficiendi in Siciliam, Italiamque ex Græcia primùm traducti sunt: ex quo opificio multorum inde fortune creverunt. Ea verò ars in Græciam ex India permanat. Quippe Justiniano Magno Imperio obtinente, Procopio teste, ex India Constantinopolim Monachi duo profecti officinem ejus docuerunt: opus nempe quorundam vicium erige, qui certa ratione nutriti fila quadam expuerent. Imperatore autem mirante, ac rem certius discere cupiente, eorum se ova allaturus, & rationem B generationis, atque educationis ostendens spondederunt. Itaque & præsentibus muneribus honorati, & sipe turorum ad promissa præstantia incensu cum abiissent, post aliquot menses Serum ova attulerunt, & in fimo collocata, in vermicos commutavit: eosque moris foliis altos quemadmodum folliculo factò ferico tegerent, docuerunt: atque inde totam conficiendi opificii rationem exposuerunt. *Sigonius lib. 11. regn. Ital. Cæterim Alex. lib. 4. cap. 9.* ex hoc ipso conjestit, Serices vestes ex vermicos, quales hodie videntur, apud prius feculum, & veteres Romanorum non fuisse: licet byffus, & purpura, ac vestes Sericæ, dissimili videlicet licio contextæ, omnium sermonibus celebratæ sint, quod ex frondium canicie deprecè debent Seres.

GISALA Henrici II. Imp. soror, & uxor Stephani Hungarorum regis, texitur suis manibus facras vestes. *Vide Tit. Munificentia erga deos in donariis anathematis quibuscuque.*

ROGERIUS Siciliæ res Peloponnesum, & Atticam depulatus, textores ferici primus à Græcia in Occidentem traduxit. *Ordo Frisgenesis.*

Apud Hispanos veteres præmium fuisse certaminum publicè propositum tradunt rerum scriptores: quæ plurimum nevisset: aut texitur: idque statim temporibus judicabatur, allatis in publicum operibus: honsoue erat permagnus, ut quæque multum, & industriè laboraffet. Manet hodièque idem studium frugalitatis in perisique, & ostentatur diligentia operis: tum apud optimas quasque turpe est ociofam desiderare. Regina Isabella Ferdinandis conjugis, nere, luere, acu pingere quatuor filias suas doctas esse voluit, ex quibus duæ Lusitania fuerunt regina: tertia Hispania: Caroli Cæsaris mater quarta Britannia, Henrici octavi conjux honestissima. *Lud. Vires de Christiana femina l. 1.* Apud Iberos etiamnum hodie quicquid texitur mulieres, in commune conferunt, vitrorum judicio, quæ plurimum texitur, honoribus cumulat, & precio. *Alex. lib. 4. cap. 8.*

Anticheram Granatæ oppidum munitiss. Ferdinandus Castellæ infans ceperat, circa annum Sal. 1409. Saracenorum multi nec opinantes domi sunt oppressi: horum Unus etiam tærens, qui cum audisset urbem expugnatum, non observat

D tærens, non fugit, non etiam sursum, sed tamquam fieri non posset, tætere perseveravit, atque ita sedens, telam suam, antequam detexta esset, sanguine suo tinxit. *Laur. Val. l. 1. hif.*

BERTA rustica filatrix egregia. *Vide Tit. Gratitudinis pro quibusvis muneribus privati.*

Linificii palma Lusitaniæ, & lanificii Carthaginensis provincie mulieribus tribuitur, *Marineus l. 1. rerum Hifp.*

In Nidifaldia Scotia regione oppidum est Dumfreis. Insigne lancis pannis candidissimis, subtilissimoque contextis filo, Anglis, Gallis, Flandris, Germanisque ad quos feruntur, in deliciis. *H. Boot. in Scotia descriptione.*

Brugensium contra Francos, sub Philippo Pulchro Gallo rum rege dux fuit Petrus cognomine Rex, lanarius textor, statura pusillus: tamen ob senium experiendo prudentiam ingentem comparaverat, & quod cætera in feditiosis hominibus condire solet, altero capto oculo, non urbe modò sua, verum à tota quoque Flandria Gallos expulit: delectique coris copiis, multos ipsorum occidit: & cum post longum, ac grave bellum

L. B. vit. Human. Tbeat. Tom. V.

com Gallorum rege pacem inivissent, Flandrenses liberi sub comitibus, juxta veterem Flandriæ morem, remanserunt. *Egnat. lib. 5. cap. 3.*

Bononiæ principes factionum erant Baptistâ Cinetulus, & Hannibal Bentivolus, homines nefarii, & patris cadibus insignes. Baptistâ filiam Hannibal rogatus de facto forte sustulerat, & tuta omnia putans, salutandæ puerperæ causâ Baptistâ de more secutus, à Baptistâ farellitudo in ipso cubiculo obruncatur. Hannibal seditores sumptis armis adversarios pellunt, Baptistam in speculatantem fumo eliciunt: producentem confodunt, in forum pertractum dilaniant, sanguinem ejus bibunt, cor dentibus lacerant. Florentiæ per id tempus Xanthus latebat, Hercules Bentivoli nothus, quem quondam Eugenius IV. Pontifex Max. interficere jussisset, five permiserat, pauperem vitam in lanificii exercicio ducens, incertus quo patre genitus esset. Hunc Bononienfes è vestigio vocant, & licet invitum in patriam ducunt, equitem ex lanifice creant, tutorem, Hannibal filio, reipub. principem faciunt. Cujus ea in reb. adversis fortitudo, ea in secundis moderatio fuit, ut Hercules filium omnes norint. Qui cum exules per prodicionem nocte quadam urbem intrassent, & jam quasi victores insulaissent: correptis armis, cæsis, captisque pluribus, eos ex civitate deturbavit. *En. Syl. c. 53. Eur.*

Adriani VI. Pontificis Pater Trajectensis textor fuit. *Garimbertus l. 4. de vitis Pontificum.*

TINCTORES. INFECTORES.

Lanas infecere primùm Sardi. Lidi, auctore Plinio. Purpura quo pacto, & quando sit inventa, est apud *Pollucem libro de Verbis idoneis ad Commodum l. qui inquit:* Tyrii ferunt captum amore Herculeum Tyrium qujdam Nymphæ indigenæ, cui nomen Tyros, quem sequebatur canis, qui irretentum scopulis purpura conspicatus, peresa caruncula, sua sibi labra cruore puniceo infecti. Cum igitur ad puellam adisset Hercules, delectata illa insueta tinctura, affirmavit sibi cum illo posthac nihil fore, nisi ad se vestem inferret, etiam canis illius labris splendidiorem. Quocirca Hercules inventa animante, collectoque sanguine munus puellæ detulit, primus, ut Syrii dicitur, punicea infecturæ auctor. Suidas Phœnici regi otulisse scribit, cumque primùm purpuram gestassit. Fuit Roma purpura usus, jam inde ab initio Urbis conditæ distinguebatur ab equite curiam, id est, insigne erat Romanorum magni stratuum: quæ idcirco quam plurimum vendebatur. Nam G violacæ purpuræ libra tempore Augusti Cæsaris centum denariis vendebat, hoc est, decem nostris coronatis aureis. Postea dibapha Tyria, ita dicta, quod bis tincta esset, & apud Tyrios infectores optimos in libras, ut inquit *Plinius*, non poterat emi mille denariis, id est, centum coronatis. *Polyd. l. 3. c. 6. de Rev. inven.*

Scribit Vopiscus, inter cætera spolia, ab Aureliano templis deſixa, fuisse purpureum pallium in templo Capitolino Jovis suspensum divini coloris, qualem neque prius, neque postea Roma viderit. Imperatoris purpura, nobilissimarumque matronarum illi admota, ciceritici videbatur coloris. Id munus Aurelianus à Perfarum Rege dono acceperat, ab Indis in Persidem missum. Nullus illam imitari potuit. Sandix Indica cum ritè curata esset, credita est eum colorem conficere. *Sab. l. 7. En. 7. ex Vopisco.*

Romæ Tinctor quidam in beati Januarii martyris Ecclesia sepultus, nocte sequenti ejulare auditus est, & quod arderet, graviter lamentari. Manè adapera sepultura, vestimenta, cum quibus positus fuerat, invenerunt, corpus nusquam comparuit. *Greg. l. 4. Dial. c. 54.*

Genuensis populus egestis patricijs anno 1507, à Ludovico XII. Gallie regis fide discessit, & Paulum Norium, ferici filii tinctorem, infimæ plebis hominem, Ducem creavit. Eo creato, civitas nullam se alium principem agnoscere declarabat. *Guicciardini l. 7.*

PICTORES. QVARE LOCUM DE PICTURA.

* INCISOIRES FORMARUM.

Qui & Imaginum sculpsiores vocantur.

Vocantur Incisores, qui in ære, aut tigno formas quasilibet, imaginesque, cultello, vel scalpulo incidunt, easque superficiè divisione, ceu coloribus exprimunt, sic ut imprimi, & in chatam transmitti valeant.

Primus, qui hanc artem invenisse traditur, Albertus Durerus fuit: quavis alii eandem prius inventam illum perfecisse dumtaxat velint.

Circa illius tempora, anno videlicet M. D. aut circiter floruerit